



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad  
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo  
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

Formula litterarum , quibus concilium Prouinciale mittitur ad Pontificem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10502**

rectam, & dirige gressus nostros in viâ pacis, & ad dandam scientiam salutis plebit tua.

Archid. Nos Domine, operari in messu tuam missi, in omni opere bono ministerium nostrum explentes, De creta sancta exequentes, digni reddamus in sericordia & gratia magni & supremi Sacerdotis Iesu Christi Dei, intercedente simul beata eius genitrici Maria, Beato Ambrosio Confessore, atque alijs hui Prouincie Patronis, & omnibus sanctis. Respon. Amen, Amen.

Acclamationibus de more absolutis, statim Reuerendiss. Patres ordine singuli ad Illustriss. Metropolitanum, adhuc in sessione persistentem, pro oſculo pacis acceſſerunt: quibus ſigillatim Illustriss. Metropolitanus, dum appropinquaret affurgens prævia mutua capitis inclinatione osculum impartiatus eſt.

Tandem Illustriss. Metrop. deposita Mitra, & aſſumpto Baculo, ſurgens vniuersitate Sinodo ſolem̄iter benedixit, & Indulgentiam centum dierum coeſſit, ac poſtrem per R. Archidiaconū alta voce, Redeamus cum Pace, enunciatum eſt, & responſum. In nomine Domini: Et facras uestes in ſectionali loco ſtatim exuit Illustriss. Metrop. & Reuerendiss. Patres, & ibidem facta breui oratione, eum iam ſecunda hora noctis imminet, in aedes Archiepiscopales redierunt.

Aliæ quædam formulae ad Concilium Prouinciale ſpectantes.

Formula literarum, quibus Episcopi ad Concilio absentis excusa-  
tio accipitur.

CAROLVS &c. Quæ ſcripta ad nos Amplitudo tua de cauſis mihi, quamobrē in Synodo noſtra Prouinciali, pro eo ſanè quod debet hoc tēpore intereffe non poſſit; ea quidē oīa nos & accipimus & cognouimus. Quod igitur ad cauſas rationesq; attinet, quibus ad absentia ſuæ excuſationem uitetur, cum idonea illæ quidem ſint, atq; iusta, eas auctoritate noſtra Metrop. comprobamus. Quam comprobationem in Sino- di Prouincial. acta referri mandauimus.

Deus Amplitudinem tuam benè valen- tem gratiæ ſuæ diuinæ donis cumulet. Dat. &c.

Formula literarum, quibus Capitula Canonicorum Cathedralium ad Conc. Prouinc. inuitantur.

CAROLVS, &c. Ex edicto, quod de Concilio Prouinc. iſtie promul- gari iuſſimus, certū ac præfinitum diē, quo illud nos hoc anno habere statui- mus, cognoscere potuistiſ. Quare hiſ li- teris vos Mediolanum ad id inuitamus: eoq; præterea nomine, coſtituta die cer- tos aliquos procuratores, ecclesiasticos homines, mittatis licet: qui, ſiquæ erūt, quæ ad vos aliqua ratione intereffe pu- tatis, ea nobis accurate exponant. Vale- te in Domino. Dat. &c.

Formula literarum, de monitionibus, quæ Episcopis à Conc. Prouinc. ſunt in absentibus mittuntur.

CAROLVS, &c. Reu. D. De re- bus, quæ in Synodo Prouinc. actæ & decretæ ſunt, a procuratore qui no- mine ſuo interfuit, Amplitudo tua co- gnoscet. Pro officijs autem Metropoli- tanij munere, cum monitiones, eaq; ſcri- ptis conſignatas prouinciae noſtræ Epi- scopis, qui Synodalibus actionibus in- terfuerunt, ipſi tradiderimus, eadem etiam hiſ literis inclusas Amplitudini ſuæ mittimus. Cui à Deo omniem co- leſtis gratiæ cumulu precamur. Dat. &c.

Formula literarum, quibus Concilium Prouinc. mittitur ad Pontificem.

Synodum Prouincialem ex Concilijs Tridentini præscripto Mediolanum de more habuimus. Decreta porrò que in ea confecimus, Reuerendo N. pro- curatori noſtro ad Sanctitatem tuam de- dimus: cuius auctoritati & iudicio illæ emendanda nos ſubijcimus, qua maxi- ma poſſimus & debemus, humilitate atque obedientia. Is verò, qui huius Synodi noſtra actionibus præfens a- fuit, primū noſtro nomine Sanctitatis ſuæ pedes quam humillime osculatus,

etiam

cum cæteræ omnia coram vberius exponet, tum pro salutari huius Prouincie cura, nostris etiam verbis ab ea supplex nonnulla petet, quæ vt consequamur, nos precibus summis obsecramus Sanctitatem tuam. Quam Deus Ecclesiæ sua incolumem conseruet diu, Mediolani,

Formula literarum ad Episcopos Provincie, de affixione, & promulgatione Concilij Provincialis.

**D**ie Sabbato, qui dies fuit 4. Idus Aprilis, decretorū quæ in Synodo Provinciali edidimus, volumē imprefsum Ecclesiæ Metropolitanæ valuis de more affigi, promulgarique iussimus. Cuius sane promulgationis testificatiōnem à Cancellario nostro Archiepiscopali excriptam atque obsignatam cum his literis coniunximus. Typis autem Mediolanensibus edita eorum decretorum volumina duo Amplitudini tuæ mitto: alia porrò quæ ad istius Cleri vsum opus erunt, hic haberi poterunt, vbi protius Prouintia ratione edita sunt quamplurima. De illis autem in Synodo Diocesana, quam Amplitudo tua proximè habitura est, legendis ac promulgandis, sicut non dubitamus, quin ipsa pro sua pastorali solitudine ad Provincialis Decreti præscriptum agat: ita speramus fore, vt in ijs ipsis exequēdis omnino adhibeat debitum, & studij, & diligentia industria que pastoralis officium. Quod vt planè prestat, per viscera Christi Domini hor tamur Amplitudinem tuam. Cui prospera & salutaria omnia à Deo precamur. Dat. &c.

Formula iurisurandi à testibus, Synodalibus præstandi in Concilio Provinciali, Habetur supra in Concil. 4. Prouin.

### A C T A

#### Synodi Diocesanae XL.

**I**llustriss. & Reuerendiss. in Christo Pater, & Dominus noster, Carolus Tit. Sanctæ Praxedis Presbyter Car-

dinalis, Dei & Apostolicæ sedis gratie Archiepiscopus Sanctæ Ecclesiæ Mediolanen. salutarem admodum, ac disciplinæ Ecclesiæ valde accommodatum & vtilem vsum cogendi quotannis Synodus Diocesana, ex sacri Tridentini, & Provincialium Conciliorum præscripto, quantum in se est, pro Archiepiscopali munere suo retinere & conservare volens, hoc anno 1584. Synodalem hanc vndeclimum conuentum, in superiori proxima decima Synodo de more indictum ad diem iiii. Maij, in Calendario primū adscribi, & per R. Archidiaconum solenniter sacro Epiphaniarum die ad præscriptum denunciari iussit, vt infra.

Denunciatio Synodi Diocesanae in Metropolitanā.

**H**O C item anno, dilectiss. ad Dei Omnipotentis, Beatiss. Marie semper Virginis, ac S. Ambrosij Confessoris, & beatorum martyrum Protasij & Geruasij, patronorum nostrorum laudem, Synodus Diocesana die iiii. Mensis Maij adiutrice diuina gratia celebrabitur. Piis igitur vestrīs precibus instate, vt Vrbs, & Diocesis hac Mediolanensis, salutaribus augentur vītæ Christianæ disciplinis, ex ijsq; fructus, suffragantibus corundem sanctorum patronorum nostrorum meritis, vberiores in dies afferat in Domino.

Synodalis autem dies cum instaret, Illustriss. Archiepiscopus studium & operam Vicariorum foraneorum, & actionibus Synodalibus hac etiam ratione consuleret, his literis requisivit, quæ ad omnes scriptæ fuerunt.

#### Epistola ad Vicarios foraneos.

**R**E V. Vicari. Cum dies Synodalis iam instet, solitudinem tuam hoc tempore præmonere volimus, vt debito apparatu ad rem Synodalem fr̄atuosè per nos peragendam instructus conuenias. Quidquid verò pro tui munieris ratione in isto Vicariatu animaduertisti, quod ad actionē Synodale spe-ctet,